



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

13. Iesu Præceptor, miserere nostri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

operum non tollit, quo ad Deum remunerato-
rem & iustum Iudicem.

13. *Iesu Præceptor, miserere nostri.*

DO CENT hæc verba, docetq; prompta horum obedientia, quum necdum muniti iubente Christo ad sacerdotē irent, ut se mundos ostenderent, præ clara fide istos leprosos imbutos fuisse. Christi opem implorant, Magistri titulo insigniunt, nullū sanitatis signum videntes promissioni credunt, & fidei impulsu (ait Calvinus) proficiscuntur. Ex decem tamen illis iuxta fidem suam sanatis, vnus tantū regressus est dans gloriam Deo. Reliqui nouem ex sententia Caluini fidē amiserunt. Potest igitur amitti fides accepta. Reluctatur hinc Calvinus, quod Spiritu adoptionis adhuc regenti non erāt, & quod principia tantū & semē aliquid fidei acceperunt. Sed neutra cauillatio eū iuuat. Spiritu adoptionis spiritualiter eos fuisse regentos, & filios Dei fuisse, dubitari non debet, quum Christus corpus sine anima nunquā sanauerit, nec sacramentum regenerationis adhuc institutū fuit. Non principium tantū aut semen aliquod fidei, sed magna & fortis fides erat, qua necdum mundati ibant tamen ad sacerdotem, corā quo nisi mundi apparere nō debebant: certō credentes se per obedientiam verbo Christi præstitam mundandos.

Fides
amitti
potest.

14. *Ite, ostendite vos sacerdotibus.*

Confessio
Sacra-
mentalis
deficitur.

AD hunc locum eadem garrit & repetit Calvinus contra confessionē sacramentalem in Ecclesia Catholica, quæ suprā ad Matth. cap. 8. garruerat. Cui quæ eo loco responsa sunt, & hinc respōderi debēt. Vnū tamē hinc addit quo acerbius Catholicos perstringat, idque mira-